

SECTIO XII.

DE

FORMVLA EMVLSIONIS.

§. 546.

Si semina oleo grauida contusa et cum aqua trita exprimuntur, oritur liquidum ratione consistentiae et coloris ad lac accedens. Est igitur *emulsio* medicamentum liquidum, quod ex seminibus oleo grauidis, cum aqua tritis et emulctis paratum, consistentiam et colorem habet lacti similem.

Quid sit
emulsio.

§. 547.

Si vox *emulsio* in sensu strictiori eoque proprio adhibetur, definitio eius hoc §. 546, nec alio modo est condenda. Medici vocabulum *emulsio* in vno eodemque non constanter adhibent significatu, et hoc in causa est, vt de eiusdem definitione non conueniant omnes, et quidam alicui medicamento nomen emulsionis imponant, quod alii ipsi iure competere negant. Sed notandum est, vocem *emulsio* vel in proprio, vel in improprio accipi significatu, et a Medicis saepius aliquod medicamentum appellari emulsionem, cum tamen ipsi hoc nomen non proprie conueniat. Sic v. g. multi Medici hoc medicamentum :

Scho-
lion.

℞. gumm. ammon. ʒj.

vitell. ouor. ʒij.

misce et adde sapon. Venet. ʒj.

syrup. artemis. ʒiſs.

aquae foenic. ʒiiij.

alia-

aliaque, quae simili modo ex gummeis, gummi-resinosi, terebinthina, balsamis, spermate celi, etc. praeparantur, appellant nomine emulsionis, quod tamen ipsis non proprie, sed improprie tantum competit. Consentientem hac in re habeo celeberrimum IUNCKERVM et beatum SCHVLZIVM. Hic etenim in libello memoriali de formulis praescribendis Sect. III. §. VII. ita scribit: *Emulsiones impropriae ab aliquibus colostrum vocantur, quae ex gummeis, aut gummi-resinosi parantur, e. g. si gummi ammonicum cum aqua et vino teratur, donec in liquamen potabile redigatur; eodem nomine aliqui censent appellandam terebinthinae balsamorumque ut et spermatis ceti solutionem, interuentu vitelli ouorum paratam. Ille vero in conspectu formularum medicarum Tab. XII. VI. No 6 inquit: Analoga saltem emulsio est, quae pro scopo purgante ex resina ialappae, scammonae, item, quae ad aperiendum et expellendum ex gummi ammoniaco, terebinthina, myrrha, etc. paratur. Nec pluribus opus esse existimo ad defendendam definitionem datam §. 546, cum eandem habeant plurimi Medici.*

§. 548.

Quae-
nam in-
gredien-
tia sint
emulsio-
nis.

Cum emulsio sit medicamentum liquidum, quod, ex seminibus oleo refertis et aqua paratum, lactis colorem et consistentiam refert §. 546, aquam et semina oleo plena, quae contusa et cum aqua trita colorem et con-

consistentiam lacti similem exhibent, emulsio-
nis ingredientia esse necessaria patet. Talia sunt

Semen aquilegiae

apii

cardui benedicti

mariae

carthami

citri

raparum

papaveris albi

poeoniae

femina quatuor frigida maiora,	{	cucumeris
		cucurbitae
		citrulli
		melonum

femina quatuor frigida minora	{	endiuiiae
		scariolae
		lactucae
		portulacae

nuclei, quorum praecipui sunt

nuclei amygdalarum dulcium

amararum

pineae

pistaceae

nucis auellanae

iuglandes

malorum Armeniacorum.

§. 549.

Ingre-
dientia e-
mulsi-
onis colo-
rem et
consi-
stentiam
lacti si-
milem
non tol-
lere de-
bent.

§. 549.

Emulsio est medicamentum liquidum, colore et consistentia lacti simile §. 546. Quae de re, si qua eius materiam ingredientur, ita debent esse comparata, ut has non peruertant qualitates, vel plane tollant. Et sic patet, ea, quae hoc efficiunt, ingredientium vice in emulsione fungi non posse.

§. 550.

Sapore
et odore
molesta
in emul-
sionibus
sunt,
quan-
tum fieri
potest, vi-
tanda.

Sicut Medico in omnium medicamento-
rum praescriptione eo est studendum, ut iis
tanta, quanta per circumstantias licet, iucun-
ditas concilietur, ipsi quoque, quantum sine
effectus, qui intenditur, iactura, et per alias fie-
ri potest circumstantias, in emulsionibus vi-
tanda sunt, quae sapore et odore molesta
sunt, praesertim cum id earundem indoles,
usus et praeparatio, iam doceant et expo-
scant.

§. 551.

Quae-
nam se-
mina e-
mulsi-
ones vix
vel pla-
ne non
ingredi-
antur.

Semina, quae cum aqua trita huic colo-
rem et consistentiam lacti similem largiuntur,
apta sunt, ut ingredientium vice in emulsi-
onibus fungi possint §. 548. Quae de re e con-
trario inferitur, ista semina, quae his qualitati-
bus praedita non sunt, emulsionem ingredi
non posse.

§. 552.

§. 552.

Semina, quorum medulla non albidi, sed alieni est coloris, uti semina anisi, foeniculi, carui, etc. cum aqua trita, ipsi colorem et consistentiam lacti valde similem non conciliant. Iam semina emulsionem ingredi non debent, quae contusa et aqua mixta lactis colorem et consistentiam non referunt §. 551. Quapropter semina, quae medulla albicante carent, ingredientium vice in emulsionibus fungi non debent.

Semina, quae medullam non albam, sed alieni coloris habent, emulsionem ingredi non debent.

§. 553.

Eodem, quo paulo ante usus fui §. 552. modo demonstrari potest, semina, quae mucilaginem fundunt, et liquorem mucilaginosum quidem, non vero albidum reddunt, itidem emulsionibus minus quadrare, cuius generis sunt semina cydoniorum, lini, psyllii, hyoscyami et similia.

Semina mucilaginosae emulsionibus minus quadrant.

§. 554.

Cum emulsionibus tanta, quanta fieri potest, concilianda sit iucunditas §. 550. semina rancida, utpote quae gratiam, quam emulsionem exposcunt, pervertunt, in emulsionem non sunt recipienda. Accedit ad hoc, quod rancor seminibus indolem conciliet noxiam, eamque ob rationem in emulsionibus sint vitanda. Valde quoque amara sola et magna in quantitate, in emulsionibus internis scilicet, non sunt adhibenda, ex ratione modo adducta, quamvis
(*Pars II. de form. in specie.*) Z. leniori

Semina rancida et valde amara sola in emulsionem non sunt recipienda.

leniori amaritiae praedita et gratiam emulsionis non peruertentia, vti sunt semina citri, aurantium, nuclei cerasorum, amygdalae amarae, neque minus valde amara, non sola, sed cum aliis combinata et in restricta quantitate adhibita, ita, vt emulsionis gratia non pereat, sed potius augeatur, emulsionem ingredi possint.

§. 555.

Semina
quatuor
frigida
maiora
emulsi-
ones in-
gredi
possunt.

Sunt, qui semina quatuor frigida maiora, nescio qua ex ratione, forsitan, quod plerumque rancida sint, in emulsionibus ferre non possunt, atque ea eatenus, quatenus rancore correpta sunt, vsui minus apta esse lubens meritoque concedo §. 554. Sed, hic si abest et euitatur, nihil video, quod in his seminibus posset accusari, praesertim, cum eorum vsus a viris eruditionis exquisitissimae, *b. D. D. HOFFMANNO* et *Camerario*, iam vindicatus fuerit.

Cortices
citri, au-
rantio-
rum et
myrrha
non
commo-
de ingre-
diuntur
emulsi-
ones pro-
prie sic
dictas.

§. 556.

Qui praeter ea, de quibus hactenus dictum fuit, emulgendis alia intermiscant, vti cortices citri, aurantium, myrrham, etc. nec colori, nec saporis emulsionum proprie sic dictarum consulunt. Priorum elaeosacchara, myrrhae tinctura accessorii loca addita, idem commodius praestare videntur.

§. 557.

§. 557.

Ingredientia emulsionis proprie sic dictae ita debent esse comparata, vt colorem et consistentiam lacti similem nec peruertant, nec tollant, nec iniucunditatem, si fieri potest, secum ferant §. 549. 550. Qua de re aqua, vtpote quae est ingrediens emulsionis §. 548, iisdem qualitatibus praedita, adeoque nec nimis spissa, nec alia dote iniucunda, et acrimoniae expers esse debet, eoque aptior est, quo simplicior. Optima est aqua simplex, cocta, decoctum aquosum tenue, insipidum, inodorum, gratum, vt decoctum hordei, auenae, cornu cerui, radicis scorzonerae, liquiritiae, cicerum, etc. et infusum simile.

Quomodo aqua emulsionis comparata esse debeat.

§. 558.

Sed non aqua solum simplex, sed destillata etiam paululum inertior ad emulsiones recipitur, eaque, si adhibetur, ex arte debet esse destillata atque empyreumatis expers §. 557. Aromaticas, spirituosas, vinosas, sapor odorque nimis eminens, vel scopus saepe excludit, vel saltem accessoriū loco pariori quantitate addi iubet. Acetosas eadem rationes, tum acor emulsis infestus, ab vsti in emulsionibus prohibet, nisi indicatio emulsū vere acidum, vel citissime acefcens, postulet.

Quae de aquis destillatis in emulsionibus sint animaduertenda.

§. 559.

De modo
prae-
parandi
emulsi-
onem.

Emulsio proprie sic dicta praeparari solet contusionis et expressiois ope. Semina scilicet, postquam a cortice liberata sunt, in mortario contunduntur, postea aqua successe adfunditur, quae seminum partes oleosae imbibit. Quando igitur semina hac ratione sufficienter sunt contrita, eorumque partes oleosae laudabiles sub frequenti agitatione a liquore adfuso absorptae sunt, liquor per linteum filtratur et semina fortiter exprimuntur.

§. 560.

De quantitate,
qua ingredi-
entia emul-
sionis proprie
dictae accipien-
da sunt.

Ingredientium emulsionis proprie sic dictae quantitas pro diuersa emulsionis ipsius et ingredientium indole variat. Emulsionones enim prout vel refrigerandi, vel humectandi, vel nutriendi, vel reficiendi fine adhibentur, plus vel minus dilutae parantur, et pro huius consistentiae varietate ingredientia diuersa in quantitate recipiuntur. Sic spissiores fiunt, si aquae ad materiam emulgendam proportio tripla, quadrupla vel quintupla est, dilutissimae, si duodecupla ad vigecuplam usque, mediae, si octupla. Sed ratio simul est habenda magnitudinis seminum; quo enim haec sunt minora, eo parciore medulla et plure cortice gaudent. Cum iam medulla sit id, quod cum aqua coniungitur, seminum minorum quantitas eadem eadem aquae copiam

piam minus saturabit, quam tantundem nucleorum. Immo liquoris quantitas nonnunquam plane non definitur, sed pharmacopœi iudicio relinquitur, adpositis signis, q. f.

§. 561.

Emulsioni proprie sic dictae paratae vel adduntur aliqua, quae eiusdem virtutem vel gratiam augment, vel non. Si qua vero addenda sunt, ea ita comparata esse debent, ut iustas emulsionis dotes non pervertant, et, quae hac praedita sunt qualitate, emulsioni iam paratae addi possunt, alia vero non item.

Si quae emulsioni iam paratae addenda sunt, iustas emulsionis dotes pervertere non debent.

§. 562.

Aquae destillatae aromaticae iucundiores, syrûpi grati, coloris expertes, iulepi, saccharum, elaeosacchara, salia neutra, pulveres, qui in emulso non sunt solubiles, albi, si tenerrimi, minus ponderosi, nec in grumos abire proni sunt, iustas emulsionis dotes non pervertunt, adeoque emulsioni iam paratae addi possunt. Nam ad eam super accedere possunt, quae earum dotes iustas non pervertunt §. 561.

Recentiores quae emulsioni iam paratae addi possunt.

§. 563.

Conseruae, electuaria, extracta et similia, consistentiam, colorem et saporem, quae in emulsionibus requiruntur, turbant et pervertunt, hinc emulsionibus superaddi non possunt §. 561.

Quae nam non esse possint accessoria emulsionis.

§. 564.

Quanam
porro ad
emulsi-
onem ac-
cedere
neque-
ant.

Alcalina raro vel plane non accessorio-
rum vice in emulsionibus funguntur; horum
etenim vsum vrinosi saporis iniucunditas pro-
hibet, quae ab emulsionibus abesse debet
§. 561. Tincturas, spiritus, essentias, elixi-
ria et similia raro admittit scopus emulsionis
proprie sic dictae; aliquando tamen legitima in
quantitate, vt debitae emulsionis propieta-
tes non peruertantur, ad eam accedere pos-
sunt. Interea saporis odorisque in emulsione
proprie sic dicta gratiam ne nimis sedulo ad-
fectes.

§. 565.

De emul-
sionibus
impro-
prie sic
dictis.

Peruenio nunc ad emulsiones, quae im-
proprie sic vocantur. Hae cum prioribus,
emulsionibus scilicet proprie sic dictis, in eo
conueniunt, quod sint medicamenta liquida,
ex aqua constent, consistentiam et colorem
lacti quomodocunque et plus minus similem
habeant, sed differunt ab iis, primo, quod
non, vti hae, ex feminibus oleo grauidis,
parentur, deinde tantam, quantam emulsi-
ones proprie sic dictae, cum lacte, ratione con-
sistentiae et coloris, non habeant similitudi-
nem, et denique tantam, quantam priores,
nec exigant, nec admittant iucunditatem.

§. 566.

Quanam
materi-
am emul-
sionibus

Materiam emulsionibus improprie sic vo-
catis emulgendam praebent oleosa meracio-
ra, difficiliter in aqua solubilia, vt olea et bal-
sama

sama liquida, spissa, solida, e. g. balsamum impro-
 Peruvianum, Tolutanum, de Copaiba, tere-
 binthina, resinae, gummi-resinae, vt resina
 ialappae, scammoni, gummi iuniperinum, praec-
 mastiche, myrrha, opopanax, ammoniacum, beant
 radices valde resinosae, et similia. Haec vt emul-
 gendam
 facilius ingerantur et meabiliora reddantur,
 commode sub hac forma exhibentur. Sed
 hic tamen abstinendum est a foetidissimis, qui-
 bus forma pilularis est aptior.

§. 567.

Aquae, quae emulsionibus improprie sic De aquis
 dictis conficiendis inserviunt, eadem sunt, emulsi-
 quae adhibentur ad emulsiones proprie sic nisim-
 vocatas praeparandas; aquis tamen aromati-
 cis vinosis et spirituosus potior hic est locus, proprias.
 quoniam materiam emulgendam §. 566. indi-
 catam solvunt facilius.

§. 568.

Parantur hae emulsiones ex materia, cu-
 ius mentionem feci §. 566. cum aqua trita et
 commixta § 567. Cum vero emulgendorum
 pleraque, vt sunt resinosa, exactiorem cum aqua
 commixtionem respuant, nec ab ea solui se
 patiantur, addenda quaedam sunt, quae ma-
 teriam emulgendam, difficilius vel plane non
 solam in aqua solubilem, vel cum ea commi-
 scibilem, ita praeparant ac disponunt, vt fa-
 cilius et exactius cum aqua coniungi et com-
 misceri possit.

Materia
 emul-
 genda
 difficili-
 us in a-
 qua solu-
 bilis ac-
 cessorio-
 rum ope
 ad soluti-
 onem in
 aqua apta
 est red-
 denda.

§. 569.

Quænam
resinoso-
rum cum
aqua
commix-
tionem
promo-
veant.

Vitellus oui virtute gaudet saponacea re-
liquis superiori, adeoque optime ad resinosa
tenacia cum aqueis combinanda adhiberi
potest. Sapo vulgaris idem præstat, atque
itidem hoc fine vsurpari potest, modo illius
vsus indicatio aegrique gustus permittat.
His annumeranda sunt mel, saccharum, sy-
rupi, sed prioribus minus sunt efficacia, et mel
colorem insuper magis obfuscet. Semina
quoque oleosa, amygdalae, interdum accessio-
rii, resinosorum cum aqua coniunctionem et
commixtionem promouentis, et saponis vicem
præstant, sed hoc modo exsurgit emulsio
proprie sic dicta §. 546.

§. 570.

De acces-
soriis
emulsio-
nis.

Quae emulsioni improprie sic dictae iam
paratae adduntur, vel ad eius virtutem, vel gra-
tiam augendam, iisdem dotibus prædita esse
debent, quae commemoratae sunt §. 561. at-
que eadem de iis valent regulae, de quibus
iam dictum fuit §. 492. Spirituosa hoc fine cre-
brius adduntur, quoniam his hic potior est
locus §. 567, neque saponi, odori et colori
tantopere hic studetur §. 565.

§. 571.

De quan-
titate a-
quae et
accessio-

Aquae quantitas in emulsionibus, quae no-
men hoc improprie gerunt, eodem modo, vt
in emulsionibus proprie sic dictis, determina-
tur

tur, et itidem interdum pharmacopoei iudicio definienda committitur, maxime si emulsum vnicam tantum continet dosin §. 560. Accessorii, quod materiae emulgendae cum aqua commixtionem promouet, quantitas ratione eiusdem sumitur dupla, tripla, quadrupla, prout id vel potentius est, vel debilius, et materia vel magis vel minus conuulsiuum cum aqua respuit. Saepissime eiusdem quantitas non determinatur, sed quantum satis praescribitur.

§. 572.

Eorum, quae his emulsionibus gratiae vel virtutis conciliandae causa adduntur, quantitas in casu singulari determinari nequit, sed, si quid de hac generatim est affirmandum, tanta in quantitate sunt accipienda, in quanta scopo, qui intenditur, satisfaciunt. Puluerulentorum, si qua adicienda sunt, scrupulus vnus, et dulcium drachma dimidia sufficit pro vncia vna huius emulsionis, simul vero animo perlustrandum est et perpendendum, num in ea saccharum, vel mel, saponis loco iam fuerit adhibitum, tum, quousque materiae iniucunditas correctionem postulet, et num infanti, an adulto praescribatur emulsiō. Salum nimia quantitas vitetur, ne haec eiusdem gratiam vel tollat, vel peruertat, hinc ad eiusdem vncias quatuor vix vltra scrupulum vnum est extendenda. Reliqua ea, quam scopus exigit, quantitate sunt addenda.

Z 5

§. 573.

rii, quod materiae emulgendae cum aqua commixtionem promouet, in emulsionibus.

De quantitate accessorium emulsionis, quae gratiam eius vel virtutem augent.

§. 573.

De ordine, quo emulsionis ingredientia sunt scribenda.

Ordo, qui in emulsionis tum propriae, tum impropriae ingredientibus schedulae inscribendis obseruatur, in eo consistit, vt emulgenda primo ponantur loco, his subiungatur in emulsione improprie sic dicta id, quod materiae emulgendae cum aqua commixtionem promouet, et huic, quod eiusdem gratiam vel virtutem auget. Varias vero singulorum species pro suo quisque arbitrio collocare potest.

§. 574.

De dosi emulsionis.

Emulsionis vtriusque dosi determinatur vel pondere, vel volumine, et, prout ea brevibus vel longis interuallis est repetenda, aliaeque concurrunt circumstantiae, modo maior modo minor est. Emulsiones proprie sic dictae, vtpote quae plerumque diffusae sunt, ad cyathum, vnciam vnā, duas, et interdum ad lubitum, pro potu familiari, exhibentur. Impropriae vero ad cochlear vnum, drachmam vnā, duas, vnciam vnā et plures, prout magis minusue efficaces, dilutae, nau-seosae, aliaeque circumstantiae comparatae sunt.

§. 575.

De quantitate generali emulsionis.

Ad emulsionis impropriae quantitatem generalem quod attinet, illa nonnunquam vnā tantum dosin, quae ordinarie vnciam vnā vel duas continet, complectitur, et hoc

hoc tunc plerumque locum habet, si scopum intendimus emeticum vel catharticum. Neque huiusmodi emulsiones in plurium dierum usum praescribere expedit, nisi exactissime sint ligata, cum mora mixtorum diuortium producat. Emulsiones, quae proprie nomen suum gerunt, facile acescunt eoque citius, quo calidior est tempestas. Medicus igitur dosis-molem, usus frequentiam et atmosphaerae calorem inter se comparare debet, ne simul plus praescribat, quam ante acorem superuenientem consumi potest; nisi hanc mutationem indicatio permittat vel postulet, vel aeger eam non abhorreat.

§. 576.

Illis, quae de subscriptione formulae in genere in superioribus dixi, pauca specialiora, quae ad formulam emulsionis pertinent, addenda sunt. Subscriptio in formula emulsionis proprie sic dicta haec est: *F. l. a. Emulsio*; deinde, postquam haec sic expressa est, quantitatem colaturae, si menstrui quantum satis praescriptum est, et admiscenda eorumque quantitatem determinat. In formula emulsionis improprie sic dictae subscriptio monet accuratam materiae emulgendae cum sapone suo, si quis accedit, subactionem et commixtionem, et postea menstrui et reliquorum additionem, partitis vicibus faciendam, praecipit.

§. 577.

De subscriptione formulae emulsionis.

§. 577.

De si-
gnatura
formulae
emulsio-
nis.

Signatura formulae emulsionis praeter ea, quae supra de signatura formulae dixi §. 121. 129. monet, vt, emulsio, si pluribus vna do-
fibus fuerit praescripta, in aqua frigida vel
loco frigido ponatur, ne acescat, et ante
vsum concutatur, si puluerulenta non solu-
bilia accefferint, vel emulsio improprie sic
dicta est adhibenda, in qua secessus mixto-
rum metuitur.

§. 578.

De vsu
emulsio-
nis.

Quoniam emulsionis proprie sic dictae
sat gratum sunt et iucundum medicamentum,
delicioribus aliisque iis praesertim, qui stri-
ctioris corporis sunt habitus et cholericae con-
stitutionis, quoniam humectant, optime con-
veniunt. Adhibentur praeterea sine aestum
et calorem temperandi, refrigerandi, solido-
rum motus vehementer sedandi, humectandi,
incrassandi, nutriendi, vires sine calore re-
stituendi, acrimoniam biliosam, putridam,
alcalinam demulcendi, et interdum diapho-
resin, vrinam, rarius aluum mouendi; e
contrario, quoniam facile acescunt, nocent
subiectis acido laborantibus, habitus corporis
laxioris et phlegmatici, frigidis. Ad emul-
siones improprie sic dictas quod attinet, iis
omnibus indicationibus, quibus eorum ma-
teries emulgenda conuenit, obtinendis infer-
viunt, adeoque vomitum, aluum, vrinam,
fudo-

sudorem mouendi, vlcera abstergerendi, vermes expellendi, et roborandi scopo adhiberi possunt, plerisque tamen, quoniam ea plerumque sapore et odore ingrata ingrediuntur, sunt ingratores.

§. 579.

Specimina sunt

I. Emulsiones purgantes.

1.

Rx. resin. ialapp. gr. VI.

terantur cum

vitell. oui q. s. adde

▽ flor. acac.

rosar. aa ʒss.

F.l. a. Emulsio, colat. adde

sacch. perlat. ʒss.

M.D.

2.

Rx. res. ialapp. gr. V.

amygd. dulc. excort. ʒij.

vna tritis affunde

▽ flor. acac.

rosar. aa ʒj.

F.l. a Emulsio, cui adde sacchari parum.

3. Rx.

3.

R_x. resin. scammon. gr. VI.
vitell. oui 3j.
terantur successive affundendo
▽ rofar.

cinnam. s. vin. aa 3ij.

M. f. l. a. Emulsio, cui adde sacch. canar.
parum.

4.

R_x. ref. scammon. gr. VI.
terantur cum paucis
amygd. dulc. excort.
adde

▽ fragor.
rofar.

acac. aa 3ij.

sacch. perl. 3j.

F. l. a. Emulsio.

6.

R_x. sem. carthami 3ij.
scamm. pur. gr. VI.
contusis affunde paulatim
▽ cort. ☉rant. 3j.
tum colatis misce
fyr. de spin. ceruin. 3ij.

F. l. a. Emulsio.

II. Emul-

II. Emulfiones analepticae et nutrientes.

^{1.}
 R_x. amygd. dulc. excort. $\overline{3j}$.
 sem. IV. frig. mai. aa $\overline{3j}$.
 decoct. C. C. cum rad.
 scorzoner. ℥I .

▽ ceras. nigr.
 rosar. aa $\overline{3ij}$.
 F. l. a. Emulsio, adde
 matr. perl. ppt.
 nitr. purif. aa $\overline{3ij}$.
 sacch. alb. q. s.

M.

^{2.}
 R_x. amygd. dulc. excort. $\overline{3ij}$.
 amar. excort. No. VI.
 decoct. hord. cum rad. scorzon. ℥II .

F. l. a. Emulsio, colaturae adde
 ▽ cinnam. s. vino $\overline{3ij}$.
 sacch. abissim. $\overline{3vj}$.

^{3.}
 R_x. amygd. dulc. excort. $\overline{3ss}$.
 pinear. mundat. $\overline{3ij}$.
 F. c. s. q. dec C. C. Emulsio, adde
 ▽ cinnam.
 bugloss. aa $\overline{3j}$. edulcoretur
 sacch. perlat. q. s.

Pro-

Profunt hae emulſiones, ſi corpus debita humorum copia viribusque deſtitutum humeſcandum, nutriendum, reſcicendum, et aectus ſimul eſt temperandus. Conducunt hinc in primis ſubiectis ſiccis, cholericis, heceticis, diuturno morbo emaciatſ, nimia excretionum copia debilitatis, ſenibus, et lipothymia laborantibus.

III. Emulſiones diaphoreticae.

1.

Rx. ſem. aquileg.

card. bened.

Mariae aa ʒij.

amygd. dulc. excort. ʒſſ.

contuſis affunde

▽ ſcorzon.

galeg.

ſcordii aa ʒij.

rub. idaei

cinnam. c. flor. cord. aa ʒj.

iulep. roſar. ʒiiij.

F. l. a. Emulſio, cui adde

ſacch. perlat. q. ſ.

Huic emulſioni, ſi certioſem et fortioſem effectum diaphoreticum exſerere debet, addi poteſt debita in quantitate antimonium diapho-

phoreticum, vel puluis diaphoreticus No. I.
classis III. p. 164.

2.

R_x sem. card. bened. ℥ss.

aquileg.

citri aa ℥j.

▽ scordii

card. bened.

flor sambuc. q. s.

F. l. a. Emulsio,

colaturae ℥vj. adde

pulv. bezoard. Class. III. No. I. ℥i℥.

facch. perlat. q. s.

M.

3.

R_x amygd. dulc. excort. ℥ss.

▽ galegae

flor. sambuc.

card. ben. aa ℥ij.

F. l. a. Emulsio, colaturae adde

conch. ppt.

℥ii diaph. aa ℥ss.

M.

Locum hae emulsionis inveniunt in febribus exanthematicis, ut variolosa, morbillosa, purpurata, petechiali, si materia exanthematica, paululum pertinacius subsistens, blando modo foras est expellenda. Egregiam inprimis
(Pars II. de form. in specie.) Aa mis

mis praestant vtilitatem in spasticis partium internarum constrictionibus, quae a materia exanthematica, intus subsistente et difficulter eliminanda, excitantur.

IV. Emulsio contra dolores a calculo.

℞. sem. milii solis
faxifrag.
violar.

IV. frig. mai, aa ʒj.

▽ fragor.

petrosel.

fruct. alkek.

ceras. nigr.

flor. acac aa ʒiſſ.

F. l. a. Emulsio, adde

lap. ☉. ppt. ʒj.

nitr. purif. ʒj.

fyr. dialth. Fern. vel

fyr. bals. Peruv. Hoffm. ʒiſſ.

M.

Haec emulsio dolores a calculo prouenientes mitigat, et vrinae difficulter et cum dolore exeuntis fluxum promouet, vnde patet, quando sit adhibenda. Commode ei semen lycopodii ad drachmam vnam, immo ultra, addi potest, inprimis, si renes vel vesica erosionem laborant. Huic enim id optime medetur, et cum hac virtute simul vim coniun-

ctam

etiam habet anodynā, quā hoc in casu maximopere opus est.

V. Emulsionēs in gonorrhoea.

1.

Rx. sem. cannab. ℥ss.

IV. frig. mai.

agn. cast.

pap. alb. aa 3j.

▽ nymph.

pap. rhoead.

flor. acac.

vlmar.

sambuc.

rosar. aa 3iſs.

F. l. a. Emulsio, adde

conch. ppt. 3iij.

nit. purif. 3j.

fyr. dialth. Fern. 3vj.

M.

2.

Rx. amygd. dulc. excort. 3ij.

sem. melon.

cucurb.

agn. cast.

pap. alb. aa 3j.

Aa 2

▽ nymph.

▽ nymph.

lactuc.

flor. acac. aa ʒij.

off. sep. ppt.

succ. alb. ppt.

nitr. depur. aa ʒi.

iulep. rosar. ʒʒ.

M. f. Emulsio.

R. sem agn. cast. ʒiʒ.

lactuc.

portulac. aa ʒʒ.

▽ plantag.

petrosel. aa ʒij.

F. l. a. Emulsio, colaturae adde

off. sep. ppt. ʒʒ.

corall alb. ppt. ʒi.

bals. de Copaiba in
vitell. oui sol. ʒʒ.

sacch. perlat. ʒiiij.

M. D.

Egregiis hae emulsiones aduersus gonorrhoeam, virulentam praesertim, excellunt virtutibus. Materiae, quae per vrethram profluit, acrimoniam nimiam temperant, atque ita alterant, vt partes, quas permeat, lae sua minus inficiat et laedat. Vias, quas transit,

transit, minus pervias eiusque fluxui resistentes relaxat, atque ita disponit, ut liberius et maiori in copia effluere possit. Patet igitur ex his, emulsionibus modo dictas dolori et ardori, qui virulenti liquidi seminalis effluxum comitantur, partiumque solidarum inflammationi et erosioni optime mederi. Maxime praeterea conveniunt hominibus cholericis, sensibilibus, et strictioris corporis habitus; cum contra subiectis phlegmaticis calidiora magis quadrent.

VI. Emulsio antheimintica.

R̄. gum. Xci ℥j.

vitell. oui ℥ij.

M. f. a. dein adde

sapon. Ven. ℥j.

syr. artemis. ℥i℥.

▽ foenic. ℥iij.

S. Emulsio.

VII. Emulsio balsamica ad ulcera interna.

R̄. terebinth. Venet. ℥iij.

vitell. ouor. q. s.

probe subactis admisce sensim

mell. albi ℥iij.

▽ bacc iunip. ℥iij.

S. ut in fronte.

A a 3

VIII. Emul.

VIII. Emulfiones lubricantes diureticae.

I.

Rx. sem. card. Mariae
bardan.

foenic. aa ʒvj.

amygd. dulc. No. XX.

infus. rad. liquir. q. f.

F. l. a. Emulsio; Colaturae libris
tribus admisce

salis prunell. ʒij.

facch. canar. q. f. ad gratiam.

M.

2.

Rx. sem. violar. ʒss.

mil. folis

carthami aa ʒij.

▽ fragor.

chaerefol.

veron. q. f.

F. l. a. Emulsio; Colaturae ʒviij. adde
nitr. depur. ʒss.

facch. canar. q. f. ad gratiam

M.

IX. Emul-

IX. Emulsio in pectoris affectibus.

Rx. pinear. mund. rec.
 amygd. dulc. aa $\overline{3\text{ss}}$.
 decoct. auenac. tenuiss. Hbss .

▽ ceras. nigr.

flor. acac. aa $\overline{3j}$.

F. l. a. Emulsio, adde

lap. $\odot$. ppt.

ssii diaphor. aa $\overline{3\text{ss}}$.

facch. albiss. q. s. ad gratiam.

Materiam acrem, pulmonesque annexas partes obsidentem et pectus continuo ad constrictionem irritantem, inuoluit atque temperat. Conuenit igitur in tussi sicca et convulsua, quae a materia oritur acri stimulante.

X. Emulsiones anodynae et hypnoticae.

I.

Rx. sem. pap. alb.

cannabis

amygd. dulc.

pinear. mund. aa $\overline{3ij}$.

▽ flor. lil. conuall.

tiliae

prim. veris

sambuc. q. s.

F. l. a. Emulsio. Colaturae $\overline{3viii}$. adde

Aa 4

pulv.

pulv. praecip. Class. VII. $\mathfrak{z}$ iv.
sacch. perlat. q. f.

M.

2.

R. sem. cannab. ∇ . q. f. decocti et
emolliti $\mathfrak{z}$ iss.

amygd. dulc. excort. No. VII.
contusis affunde

∇ fontan. q. f.

F. l. a. Emulsio, cui adde
sacchari q. f. M.

3.

R. sem. pap. alb. $\mathfrak{z}$ ij.

lactuc.

endiv. aa $\mathfrak{z}$ j.

amygd. dulc. excort. No. V.
contusis affunde

∇ flor. pap. rhoead. $\mathfrak{z}$ iiij. -
nymphaeae $\mathfrak{z}$ j.

F. l. a. Emulsio, cui adde
sacchari parum. M.

4. R.

R_x. nucl. persic.^{4.}
 amygd. amar. aa $\overline{3\text{ss}}$.
 camphor. $\mathfrak{z}\text{j}$.
 ▽ flor. sambuc.
 rosar.
 pap. rhoead.
 hypnot. aa $\overline{3\text{j}}$.

F. l. a. Emulsio, colaturae adde
 nitri $\overline{3\text{ss}}$.

Haec No. 4. emulsio, lintei duplicati ope
 fronti et temporibus applicata, in deliriis, vi-
 giliis nimis, dolore capitis vehementi, qui
 a magno sanguinis, quo ad caput fertur, im-
 petu oritur, et in narium haemorrhagia im-
 moderata conducit. Nucleis enim persicis
 et amygdalis amaris inest virtus anodyna.

XI. Emulsio externa cosmetica.

R_x. ▽ flor. fabar.
 lil. albor.
 rosar. aa $\overline{3\text{ij}}$.
 ess. storac.
 bals. Peruv.
 tinct. flor. benz. aa $\overline{3\text{j}}$.
 magist. $\mathfrak{h}\text{ni}$ vel melius
 bismuth. $\overline{3\text{ss}}$.

M. f. l. a. Emulsio.

Aa 5

Haec

Haec emulsio in gutta rosacea, pustulis faciei vlcerosis, dolentibus et rubentibus, vsus habet, quoniam ardorem mitigat, simulque consolidat, dummodo eius vsus caute et prudenter instituat. Si eam tutiorem desideras, omitte saturni vel bismuthi magisterium, eamque praepara ex aquae cosmeticae v. g. fabarum vel sigilli Salomonis, vncijs quatuor, et essentiae styracis vel tincturae benzoës drachma vna. Sic habebis satis innocens cosmeticum, quod cuti nitorem conciliat, eamque mollem reddit et seruat, sed super eam siccari debet.

XII. Emulsio oculis rubentibus et inflammatis adhibenda.

Rx. camphor. gr. VI.

amygd. ex cort. No. III.

terantur, affundantur

▽ euphras.


rosar.

calcatripp.

cyani aa ʒi.

F. l. a. Emulsio.

Huic pro re nata addi possunt sacchari saturni pauca grana.



SECTIO